Acordaõ em Rellaçaõ, &c. Vistos estes autos petição da Condeça D. Maria Magdalena viuva de D. Luiz Neto Conde que foy de Alva de Jettes no Reyno de Castella, como tutora de seu filho Dom Fernando, artigos das pazes, certidaõ dos livros da reprefalia, e mais documentos juntos. Mostra se ser filho o dito Dom Luiz, de Dom Feliz Neto da Sylva, por este, sendo Castelhana, casar na Cidade da Guarda com Dona Adriana, filha de Simaõ da Gamma, e Dona Pbelippa de Vasconcellos, que forão senhores, e possuidores dos morgados dos Pinnaes, e Ar-

Na cuselo

cuselo instituidos por Ruy de Pinna, e Luiz de Abreu. Mostra se ausentarse o dito Dom Feliz Neto da Sylva, com sua familia para o Reyno de Castella, donde era natural antes da acclamação do Senhor Rey Dom João o IV. de gloriosa memoria, e depois della entrarem na represalia todos os bens livres, e dos ditos morgados, que durante as guerras se concedeo a administração do morgado dos Pinna, a Manoel de Miranda Henriques, e do Arcuselo a Antonio Carvalho. Mostra se falecer o dito Dom Luiz Feliz, e deixar seu filho Dom Fernando, neto do dito Dom Feliz; e Dona Adriana que foraõ possuidores dos bens dos ditos morgados, e mais bens livres que foraõ de sua mãy, e sogra Dona Phelippa de Vasconcellos; e pelo capitulado nos artigos das pazes lhe serem julgados os bens do morgado de Arcuselo, e os livres de sua bisavõ Dona Phelippa, e que na mesma forma se devia restituir os bens livres, e do morgado dos Pinna que retinha Manoel de Miranda por administração com os fructos do tempo da paz, levantada a represalia. Mostra se em bargar Manoel de Miranda a petição do supplicante com a materia dos artigos fol. 7. e seu acrescentamento fol. 144. que foraõ recebidos, e contrariados, em que allega o embargante, que o supplicante Dom Fernando, e seu pay, e avo Dona Adriana, perderão o direito da successão do morgado por viverem fóra do Reyno de Portugal, no de Castella ha 50. annos, tendo a instituição clausula expressa, que perderião os heiros a successão, que vivssem fóra deste Reyno, não vindo em tempo limitado depois de requeridos, ou no termo de dez annos absentandose por causa urgente, e se devolveria ao parente que fosse morador com domicilio perpetuo no Rey-

no, e que sendo elle natural, e morador nelle, e parente mais chegado descendente dos instituidores se lhe devolveo a successão do morgado pela contravenção referida, e assim que não tinha o supplicante direito para pedir a restituição dos bens, e levantamento da represalia, que somente compete às pessoas a que as cousas podião pertencer sem intervenção da guerra. O que tudo visto, e examinado, e o mais dos autos, e como pela clausula da instituição do morgado se ache estabelecido, que os herdeiros delle não vivirão fóra deste Reyno, e vivendo voluntariamente serião notificados para dentro em certo tempo tornarem para o Reyno, e não o fazendo em termo limitado, ou de dez annos, sendo a ausencia por causa urgente perderião o direito da successão, e se devolveria ao parente, que pelas condições da instituição diretamente pertencesse. Nestes termos não fica assistindo direito ao supplicante Dom Fernando para pedir a restituição dos bens do morgado, e levantamento da represalia, por elle, e seu pay Dom Luiz, e sua avo Dona Adriana, perderem a successão por contravirem a clausula referida da instituição em não virem para este Reyno, vivendo no de Castella com perpetuo domicilio, para onde foraõ antes da feliz acclamação do Senhor Rey Dom João o IV. sendo citados para que viessem para o Reyno tanto pelo edito geral do dito senhor, como pelos editos fol. 429. passados á instancia do pay do embargante, e quando não foraõ citados bastava para os interpelar o tempo de dez annos da clausula da instituição, que com mayor razão se deve praticar na ausencia voluntaria, e não obsta o allegarse, que o encargo de viver no Reyno, e outros semelhantes são postos por via de modo, e não de condição

dição ; e aſſim que não impedem o entrar na ſucceſſão , e depois della devem ter ſeu comprimento , e lugar a interpelação , e eſpaço de dez annos da dita clauſula ; por quanto ainda que aſſim ſeja conforme a melhor opinião , contudo não tem lugar quando da vontade do inſtituidor conſta o contrario , como no caſo presente , porque os inſtituidores não puzeraõ eſte encargo aos poſſuidorẽs ſõmente , mas tambem a todas a quem ſe deferiſſe a ſucceſſão , ainda antes da poſſe , por uſarem na clauſula fol. 255. da palavra , herdeiro , e não poſſuidor , tanto na condição , como no caſo da contravenção , que comprehende hum , e outro caſo. E como outroſſim pela meſma clauſula chamem os inſtituidores conditionalmente no caſo da contravenção o herdeiro parente que morar no Reyno , e nelle tiver ſeu domicilio perpetuo , ſe mostra que os fundadores quizerãõ que a ſucceſſão ſe deferiſſe ao que eſtiueſſe no Reyno , excluindo o abſente , e conſtando que o ſupplicante , e ſeu pay foraõ ſempre moradores no Reyno de Caſtella , e nelle perpetuos domiciliarios por origem , e aſſim de nação Caſtelhanos , he ſem duvida que a eſtes taes quizerãõ excluir os fundadores , e com mais forte razão , porque celebrando ſe as pazes a 21. annos , e neſſe tempo pedindo o ſupplicante reſtituição dos bens deſte morgado , não veyo viver peſſoalmente a eſte Reyno , e ſendo provavel que nunca virã reſidir nelle , por ſer Conde no de Caſtella , de que não ha de ter as preeminencias neſte , e nem (ſuppoſta a clauſula referida) podia o ſupplicante pedir por procurador reſtituição , e poſſe de hum morgado , cujo poſſuidor de neceſſidade ha de ſer morador no Reyno ; aſſim como pela meſma razão ſe não podem pedir os bens da Coroa ; como ſe tem reſolu-

Pars III.

to por decreto do dito ſenhor. E ſendo tudo contrario a dita clauſula da inſtituição por ella meſma ſe devolveo a ſucceſſão ao embargante ; e ſeu pay , que mostraõ ſerem deſcendentes dos inſtituidores , e parentes naturaes , e com perpetuo domicilio neſte Reyno , e aſſim o declaraõ , e que o embargante he a peſſoa a quem ſem intervenção da guerra podia pertencer ſegundo os artigos das pazes , e abſolvem aos Procuradores da Coroa , e Fazenda , e ao embargante , e mandaõ que a reſpeito delle ſe levante a reſepſalia , e ſe ponhaõ nos livros della as verbas neceſſarias. E quanto a herdade de Buſalfa , e as de Beja , e quinta do ſangrador viſto não ſe mostrar que ſejaõ do morgado dos Pinnaſ , e o ſupplicante ter provado o referido na ſua petição , e ſer he julgado o morgado de Arcuſello , e mais bens , condemnaõ aos Procuradores Reais , e ao embargante na reſtituição dos ditos bens , com os rendimentos do tempo da publicação das pazes , e mandaõ que ſe ponhaõ as verbas neceſſarias nos livros da reſepſalia , que haõ por levantada nos ditos bens , e paguem o ſupplicante , e embargante os autos igualmente. Lisboa 28. de Julho de 689. Doutor Freyre. Freytas. Mouzinho. Lacerda. Eſtivismos presentes Oliveyra. Mendonça.

Et circa conditionem habitandi in certa domo an purificetur ſi vocata ingrediatur in religionem.

No Feito de Manoel Peixoto , com a Abbadeça , e mais Religioſas de Santa Clara de Guimaraens , Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro , ſe deu a ſentença ſeguinte.

Acordaõ os do Deſembargo , &c. Aggravado he o aggravante pelos Deſembargadores da Reliação do Porto , revogaõ ſua ſentença viſtos os autos dos quais , e pelo teſtamento do Doutor Joaõ de Guimaraens ſe mostra,

que o legado dōs redditos de doze mil cruzados, que anexou ao morgado que instituiu, e deixou a sua mulher Dona Maria, foy debaixo da condiçāo de ella viver em companhia de suas irmāas para que todas vivessem com boa amisade, e que no caso que vivessem todos em sua casa, quera, e era contente, que tambem a dita sua mulher lucrasse o dito legado, querendo recolher-se por Religiosa em algum Convento com as ditas suas irmāas, ou alguma dellas repetindo muitas vezes estas, e outras condiçoens semelhantes, no dito testamento, e mostrando por muitas clausulas delle, que esta era sōmente a sua vontade, e que em outra fōrma nāo conseguisse a dita sua mulher este legado, fazendo-o, e declarando-o sempre condicional, ao que a dita Dona Maria faltou, pois recolhendo-se, e sendo Religiosa, nāo foy com as cunhadas, ou com alguma dellas, nāo enchendo a condiçāo, que o testador seu marido lhe poz, que especialmente se declarava na companhia das irmāas do testador, ou fōra, ou dentro do Convento sem que obste a allegaçāo que se faz por parte da A. que as ditas suas cunhadas ja por maiores na idade, quizerāo ficar no seculo, e nāo serem Religiosas com ella, porque nem com isto, caso, que se provaria, se enchia a condiçāo, e vontade do testador, mas era necessario: que este impedimento da parte dellas fosse directamente ordenado a impedir o dito implemento da condiçāo, e como o dito testador expresamente dispoz, em que em qualquer caso, e em qualquer estado, que a legataria, nāo estivesse em companhia de suas irmāas, nāo tivesse o emolumento do legado, com que se mostra que todo o gravame, e todo o encargo, e condiçāo consistia na companhia das irmāas do tes-

tador, a que a dita legataria faltou: por tanto absolvem ao R. do pedido, e condemnaō a A. nas custas dos autos. Lisboa 8. de Janeyro de 689.

Magalhaes. Mendonça. Albuquerque.

Hac sententia fundata fuit in deliberationibus seqq.

Verba sunt signa, & testimonium mentis nostrae, & animi voluntatem 7. ostendunt, L. labeo 7. §. Tubero ff. de supell. legat. L. 1. §. Divus ff. ad L. Jul. de Sicar. cum similib. Menoch. cons. 1. n. 262. Alvarad. de conject. ment. defunct. lib. 1. cap. 1.

Visa autem tota serie testamenti Joannis à fol. 9. per geminata, & multiplicata verba, liquet, mentem, voluntatem ipsius fuisse, quod Maria quondam uxor sua, & nunc monialis in cænobio Aetricium, commorasse, et stitisse cum tribus fororibus ejusdem testatoris tam in saeculo, quam in cænobio, si forte in illud intrasset, & solum casu quo eis stare voluisset, ei & dictis fororibus legatum redditus pecuniae cōtentionis reliquit.

Nam ut patet fol. 5. postquam dixit, scripturam in quam ei promiserat 16U. aureos esse revocabilem, ex fundamentis, quae ibi deduxit, addidit, quod volente Maria stare cum dictis tribus fororibus omnibus traderetur praefata pecunia, & redditus illius ut junctae in fraternitate viverent, quod idem valet, ac si diceret, ut cunctae ex dictis redditibus se alerent.

Secundo considerans testator, quod dictae sorores suae tanquam seniores poterant, prius evita migrare, quam Maria, quae junior, & minor 25. annorum erat (ut ostendam) declaravit, quod in eo casu in quo ita viverent omnes, scilicet junctae, & praefatae sorores prius decesserit, volebat, & erat contentus, quod dum praefata Maria non nuberet, nec alterum statum, nisi monialis assumeret,

meret, dicta pecunia, & redditibus illius fungeretur. Et ita solum in hoc casu, quando consideravit sorores jam defunctas, permisit testator dictæ Mariæ statum Religiosæ eligere sine dictis sororibus, cum quibus jam habitare non valebat, quia defunctæ erant, ut totum patet dicto fol. 9.

Tertio declaravit testator dict. fol. 9. ut idem quod disposuerat, in eo casu, quo Maria & sorores junctæ viverent in domo earum, militasset quoque in casu, quo dicta Maria voluisset esse monialis & se conferre in aliquod cænobium, cum dictis sororibus, aut aliquibus earum.

Et ita in hoc casu, quo vivas supponebat sorores, non permisit Mariæ, statum Religiosæ, nisi cum omnibus sororibus, vel aliquibus ipsarum. Forsan, meo iudicio, quia cum primo casu, voluisse, quod stantibus in sæculo semper cum eis habitasset dicta Maria, & considerans quoque, quod dictæ sorores vel aliquæ earum tanquam personæ virtutis poterant eligere statum Religionis, & intransibus omnibus, poterat Maria manere in sæculo, vel intransibus tantum aliquibus earum, valebat dubitari, an Maria mansura fuisset cum sorore remanente in sæculo, vel intratura cum duabus Religionem intransibus, & videretur semper mansuram in sæculo cum sorore in eo remanente propter primam dispositionem suam, tunc in hoc casu reliquit voluntati ipsius Mariæ, ut sorores Religionem intrantes sequi posset; non tamen eam ad illas sequendas adstrinxit, ut patet ex verbis dicto fol. 9. ibi: *Queira ser Religiosa.*

Quarto post dispositionem supra factam idem testator ut magis voluntatem suam explicaret; dixit, quod in eo casu, quo dicta Maria noluit

se vivere cum præfatis suis sororibus, nec esse religiosa in forma retro relata (id est cum omnibus sororibus, vel aliquibus earum) & voluisset excire de societate sororum; tunc volebat, quod sui hæredes uterentur iure sibi testatori competenti ad annullandam scripturam donationis, quam illico revocabat, ex eo quod fuerat facta causa mortis.

Ex qua serie evidenter colligitur, totam mentem testatoris fuisse, quod Maria semper habitasset cum sororibus suis, tam in sæculo, quam in cænobio; & nunquam ei promississet statum Religionis soli, sine sororibus, nisi eo casu, quo omnes sorores jam mortuæ fuissent, in quo erat impossibile Mariam cum eis commorari, vel Religionem ingredi cum ipsis vel aliquibus earum.

Nec dicas illa verba dicto fol. 9. ibi: *Nem ser Religiosa na forma atras referida;* posse referri ad primum casum, in quo testator permisit Mariæ esse Religiosam sine sororibus quia jam defunctæ erant. Quippe hoc sustineri non potest, tum quia relatio regulariter fit ad proxima, tam quia apertè constat testatorem se retulisse ad casum, quo permisit Mariæ intrare cum sororibus, ut patet dicto fol. 5. in verbis ibi: *E queira sabirse de sua companhia,* ex quibus luculenter colligitur, loquutum testatorem de statu Religionis, tempore, quo sorores vivæ erant, in quo Maria absque omnibus sororibus vel aliquibus earum Religionem ingredi non valebat.

Quinto declaratur ulterius mens, & voluntas testatoris circa, quo habitationem Mariæ cum sororibus ex alia dispositione fol. 10. in principio in verbis ibi: *E o mesmo seja no caso, que a dita sua mulher senão caze, e porém não queira estar, e viver com as irmãs delle testador.* Ex quibus

bus certo certius apparet, mentem testatoris fuisse, quod Maria stetit cum sororibus, tam in sæculo, quam in Religione, & nunquam testatorem ei permississe solam Religionem ingredi, nisi eo casu, quod sorores jam defunctæ essent, quia tunc, impossibile erat cum eis, vel aliquibus earum, Religionem intrare.

Supposita ergo dispositione, & mente testatoris, quæ fuit, quod Maria staret cum sororibus, & non stante, non reliquit ei legatum. Videamus, an Maria implevit conditionem, ut legatum sibi & suo cænobio dum ipsa vixerit debeatur. Et aperte constat, quod non implevit, quia Religionem ingressa fuit, viventibus, & manentibus in sæculo tribus sororibus testatoris, quas deseruit, & cum nulla illarum, ingressa fuerit, nec steterit in sæculo cum eis prout tenebatur; nullam harum conditionum implevit, quæ conditiones alternativæ de stando in sæculo cum sororibus, vel intrando Religionem cum eis vel aliquibus earum, cum sint voluntariæ in forma specifica ad impleri debebant *L. Mævius ff. condit. & demonstr. Surd. conf. 245. n. 46. & conf. 186. n. 28.* conditio enim inducit formam, à qua non licet recedere, dicta *L. Mævius DD. in L. 1. ff. de liber. & posth. Reinos. obs. 44. n. 9.*

Et deficiente conditione, non solum defecit conditionalis actus, sed habetur ac si non factus fuisset *L. si pecuniam quam ff. si cert. petat. L. filius familias §. cum quis ff. delegat. 1. Surd. de aliment. tit. 9. q. 4. n. 23. Flamin. de resign. tit. 1. lib. 1. §. 3. n. 27.* Qui enim recusat conditioni parere, creditur ex ea causa sibi delatum repudiare voluisse *Bald. in L. 1. n. 2. Cod. de pact. exornat Joseph. Ramon. conf. 95. n. 18.*

Nec obstant, quæ AA. objiciunt;

nempe, sorores noluisse cum Maria ingredi Religionem, ac per consequens non stitisse, quominus ipsæ sorores cum ea non intrassent, & ita cōditionem deberi habere pro impleta. Quia responderetur, hoc posse procedere, si testator Mariam constringeret, quod cum sororibus Religionem intrasset, sed cum eam non coegisset ad Religionem intrandam, immo potius ad cum sororibus habitandam, nolentibus sororibus ingredi, debebat cum eis stare in sæculo; quia mens & dispositio testatoris ea fuit, quod semper cum sororibus stitisset, & cum esset in potestate, & manu Mariæ hoc facere, & non fecisset, conditionem non implevit, & per ipsammet solam stetit eam non adimplere.

Secundo non obstat, quod etiam dicunt AA. mentem testatoris fuisse, quod Maria non nuberet, & hoc eam implevisse, ad statum monialis ascendens; & quod conditio per æquipollens ad impleri potest. Responderetur enim testatorem, non solum prohibuisse Mariæ secundas nuptias, sed etiam voluisse, ut cum sororibus dum viverent habitasset; Unde cum huic conditioni non pareret ab eis recedens, defecit conditio, quippe dispositio facta sub pluribus conditionibus, non sufficit, unam, vel plures ad impleri, nisi omnes verificentur. *L. si heredi plures 5. & 6. Bart. ff. de condit. & demonstr. Ciriac. forens. contr. 50. n. 47.*

Deinde responderetur quod licet Mariæ conditiones impleri valeant, per æquipollens, attamen conditiones voluntariæ ad semper impleri debent in forma specifica, ut est vulgare, & tradunt DD. relati à *Valasc. in loc. communi. liter. C. n. 105. & 106.*

Et licet aliquando valeant conditiones voluntariæ ad impleri per æqui

æqui pollens; attamen hoc non habet locum, quando impleri poſſunt informa ſpecifica, & in caſu expreſſo, ut cum *Emmanueli à Coſt. & aliis tradit Menoch. lib. 4. præſumpt. 185. n. 13.* et cum Maria poſſet ſtare cum ſororibus teſtatoris, et ita implere conditionem in caſu expreſſo, et forma ſpecifica non poteſt dici per æquipollens hanc conditionem impleviſſe; nec ego video ubi eſt equi pollens, per quod adimplevit obligationem et conditionem ſtandi cum ſororibus teſtatoris.

11 Tandem non obſtat *L. Titio centum §. Titio centum ff. de condit. & demonſt.* per quem inducitur, quod ſtare in certo loco eſt ſpecies ſervitutis, et ita non valuiſſe illam conditionem habitandi cum ſororibus. Quippe reſpondetur, dictum *§. Titio* procedere, quando conditio non eſt adjecta in alicujus favorem, et nullius inreſt, ut cum multis tenet *Cancer. varir. tom. 3. n. 6. Lara de Capellan. L. 2. cap. 8. n. 67. Garc. de nobilit. glos. 6. n. 21. §. præterea in fin. optime Mier. de maiorat. p. 1. q. 57. n. 10. omnino videndus præcipue n. 17.*

In præſenti autem, illa conditio fuit adjecta favore tam ſororum, quam ipſius met teſtatoris, & ita præſumi debet. Nam cum Maria legataria eſſet valde juvenis (ut probatur ex ſcriptura ſol. 15. ubi habuit curatorem, tribus annis poſt teſtatoris obitum) & ſorores eſſent vetulæ, ut probatur ex inquisitione R. & ita dictæ ſorores indegiſſent opera, et industria Mariæ tanquam junioris ad regimen, et gubernationem domus ac victus quodianni, præſumendum eſt, teſtatorum talem conditionem commorandi cum ſororibus, earum favore appoſuiſſe, ut optime deducit

Menoch. lib. 4. præſumpt. 123. n. 15.

Deinde cencetur appoſita dicta conditio favore teſtatoris; quia ex eo quod Maria eſſet valde juvenis, et ſine ſocietate dictarum ſororum poterat facile decipi ad ſecundas nuptias contrahendas contra voluntatem ipſius teſtatoris; et cum ipſe adeo enixè ſecundas nuptias prohibebat, ut jam eas prohibuerat in ſcriptura dotali, ut idem teſtatur in teſtamento; voluit, quod dicta Maria cum ſororibus habitaret, tam in ſeculo quam in religione, ut eam in ſeculo, et in religione ſaltem anno novitiatus à ſecundis nuptiis arcerent.

Nec dicas, quod idem teſtator, quando conſideravit uxorem Mariam in viduitate poſt obitum ſororum, illam non adſtrinxit ad religionem intrandam, imo permisit in ſeculo manere ſine ſororibus, ſi ipſa ita voluiſſet. Quoniam reſpondetur, quod cum ſorores teſtatoris eſſent tres, præſumi poteſt, conſideraſſe teſtatorum poſt obitum omnium jam Mariam non futuram adeo juvenem, ut facile decipi poſſet, ſed jam per maiorem ætatem prudentiorem futuram, ut ſe decipi non ſineret; quod non erat itidem, quando teſtamentum fecit, quia tunc temporis erat Maria (ut dictum eſt) junior, et minor 25. annorum, et ita indigebat ſororibus virtuoſis tanquam ipſius curatricibus ſeu curatoribus. Et hic 12 applicari poſſunt illa proloquia, dirige tempore et noſces jura, et quod ubi datur diverſa ratio, diverſum jus ſtatuendum eſt *L. inter ſtipulantem §. ſacram. ff. de verbor. obligat. L. ſi ſervus ff. de ſtatulib. Surd. conf. 67. n. 19.*

Ulterius advertendum eſt, in dict. *§. Titio centum o 2.* fuiſſe deciſum ſuper cohabitione legatarij circa monumentum,

numentum, & in civitate in qua ipsum erat, quæ nunquam moritura, nec finienda erant, & ita dabatur vera & realis, & perpetua species servitutis. In nostro autem casu, sorores cum quibus habitatura erat Maria, seniores illa erant, & juxta ordinem naturæ, præsumitur, quod senior prius decederet, & hoc tanquam verosimile etiam præsumitur, testatorem cogitasse, ut eleganter tradit *Menoch. conf. 399. n. 12. & 13.* & facto cogitavit noster testator fol. 9. ex quo non dabatur adeo rigorosa, & perpetua species servitutis prout in casu dicti §. *Titio centum.*

Denique pro hac resolutione stat *Bart. in L. qui concubinam 29. al. L. qui quatuor, §. uxori n. 3. in fin. ff. delegat. 2.* ubi respondendo argumento dicti §. *Titio centum*, profert verba sequentia. *Respondeo, quod si aliquis obligetur ad demorandum in certo loco, est species servitutis ut ibi sed quando hoc venit in conditione, quod habeat tantum, si in tali loco moretur, tunc non est prohibitum ut hic.*

Et viso testamento, testator, non obligavit Mariam ad morandum cum fororibus, immo potius hoc solum posuit in conditione si ipsa voluisset morari, ut patet fol. 9. in principio ibi: *Que querendo a dita Dona Maria viver*; & inferius ibi: *Em caso, que a dita Dona Maria queira*; & in fine ibi: *Sendo caso, que a dita Dona Maria não queira viver com as ditas irmãs.* Unde juxta doctrinam *Bartoli*, quam amplexa fuit *Practica Ferraræ* relata à *Cancerio tom. 3. var. cap. 7. n. 3.* valida cenceri debet ista conditio, ad quod conducit illa elegans exclamatio & doctrina *Mires de maiorat. dict. q. 57. n. 17.* omnino videnda, ex qua colligitur potuisse nostrum testatorem

habere alios fines ad conditionem commorandi in certo loco apponendam, & ibi allegat etiam doctrinam practicæ *Ferraræ.*

Et ad hoc pertinet, quod in conditionibus attenditur, solum merum factum, & non contemplatio *L. qui heredi 44. in princip. L. Mævius 55. ubi notat Bart. ff. condit. & demonstr. Civiac. forens. contr. 50. n. 9.* & conditionibus inspicitur sola voluntas, nec alia ratio, nisi voluntatis redditur, ut in specie *L. quedam 27. ff. de cond. & demonstr.* quales sunt illæ conditiones, si in capitulum ascenderit, *L. hæc conditio 29. ff. eod. tit. si servo dederit*, & similes dicti *L. qui herede dict. L. Mævius eod. tit.* voluntas enim testatoris regit conditiones, atque ita ea attenditur *D. Franciscus Amaya obs. per lib. 2. cap. 6. n. 30.*

Ultimò pro coronide, ex approbatione testamenti fol. 13. in fin. liquet, ipsum scriptum fuisse per insignem perceptorem meum *D. Marçalem Cazado Jacome* omni ævo memorandum, & ita quis recte dicere poterit tantum Magistrum testatori amico & forsan consanguineo dispositionem illusoriam, et annullandam consuluisse, vel illum ab ea faciendam non amovisse? ex quibus omnibus, et aliis à docto *R. patrono* late ponderatis, Reo supplicanti provisionem tribuerem, et sententiam Senatorum Portuensis Senatibus revocarem. *Ulyssipone 4. Decembris 1688.*

Mendoça.

Vulgare est in jure principium, 13 quod relictum sub conditione, ea deficiente corrumpitur relictum *Tiraquel. in L. si unquam verbo revertatur n. 277. Valasc. conf. 82. n. 11. & conf. 122. n. 19.* etiam est indubitabile, quod relictum sub conditione habitandi ad hoc ut percipiatur,

13
cipiatur, neceſſario requiritur im-
plementum conditionis, præcipue
ſi è contrario ad emptum reperiatur
Portugal. de donat. reg. tom. 1. lib.
1. prælu. 2. §. 2. n. 112. Perigr. de
fideicom. art. 16. à n. 145. Quibus
ita propoſitis reſtat indagare, an li-
cet in præſentiarum implementum
conditionis fuiſſet ſubſequutum,
nam huius dubitationis decifio to-
ta pendet ex diſpoſitione teſtato-
ris, & ut ejus veritas melius dig-
noſcatur, breviter oſtendam, quod
neque ex diſpoſitionis verbis, ne-
que ex mente teſtatoris conditio
fuit adimpleta, non ex verbis diſ-
poſitionis, ſiquidem verba clare de-
monſtrant legatum fuiſſe relictum
uxori, ſi cum teſtatoris ſororibus
commoraretur, quod quidem patet
ex repetitis, & geminatis clauſulis
14 ipſiusmet teſtatoris, jam rellatis, &
cum verba ſint proprie inteligenda
ex text. in *L. 1. §. hæc verba ff. de*
negot. geſt. L. Prætor. ff. de ſuis, &
legit. hæredib. Cald. de nominat. q. 8.
n. 1. recte fit conſequens ex contex-
tura verborum uxorem conditioni
non obtemperaffe, ſiquidem conſtat,
quod cum ſororibus non com-
moravit.

15
Ex cluſula ſic uxore ex verbis
teſtatoris, utique etiam venit ex-
cludenda ex ipſius voluntate inter-
petrata, nam ſecundum juris prin-
cipia, voluntas teſtatoris, aut in-
terpetratur ex ratione ab eo assigna-
ta, aut ex clauſulis precedentibus,
aut ſub ſequentibus, *Gam. decif.*
206. n. 10. Molin. de primog. lib. 1.
cap. 5. à n. 1. cum ſeqq. Sed ſic eſt,
quod tam ratio, quam clauſulæ de-
monſtrant teſtatoris cauſam finalem
fuiſſe habitationem, ut ex teſtamen-
to apparet, ergo ex defectu ha-
bitationis corruere debet legatum
ex voluntate teſtatoris.

Quod autem teſtatoris cauſa fi-

Pars III.

nalis fuiſſet habitatio cum ſorori-
bus, et non alia evidenter oſtendi-
tur, ſiquidem ad hoc ut in monaſ-
terio poſſet percipere uxor legatum,
onus ei fuit adjunctum, quod cum
ſororibus Religionem ingrederetur,
patet ex verbis inſtitutionis, ergo
conditio potius reſpicit habitatio-
nem, quam clauſuram.

Eo vel maxime, quia verba con-
ſulti ſuperfluitatem non continent,
ut eſt vulgare, negari non poteſt,
quod teſtamentum à conſulto fuit
confectum, ad quid ergo neceſſaria
erant illa verba inſtitutionis ibi *em*
caſo, que a dita Dona Maria queira
ſer Religioſa, e recolherſe em hum Con-
vento com as ditas ſuas irmãas, ou al-
guma dellas, ſufficiebat enim illa pri-
ma clauſula ſcilicet, *queira ſer Re-*
ligioſa, ergo ne ſuperfluitas admit-
tatur, neceſſario dici debet cauſam
finalem, & impulſivam legati fuiſſe
habitationem.

Quod quidem omni dubitatione
caret viſis inſtitutionis ſubſequenti-
bus verbis, *e ſendo caſo, que a dita*
Dona Maria naõ queira viver com as
ditas irmãas delle teſtador, nem ſer
Religioſa na fórmula atraz referida,
&c. ex quibus deducitur volunta-
tem teſtatoris ſolum in habitatione
conſiſtere, ſiquidem ea deficiente ex-
tinctum remanſit legatum.

Neque dicas uxorem conditioni
paruiſſe, ſiquidem conſtat ex volun-
tate ſororum religionem fuiſſe in-
greſſam. Quia reſpondetur conditi-
onem habitandi non fuiſſe ſororibus
impoſitam, ſed immo potius uxori in-
junctam, & ad hoc ut haberetur pro
implecta talis conditio, neceſſario
conſtare debebat, per eam non ſtitif-
ſe, quominus conditio impleretur
ut eſt vulgare, & cum acta de hoc
nos non edoceant, merito dici debet
uxorem conditioni non obtempe-
raſſe.

Oo

Et

Et maiori cum ratione attento eo quod in præsentiarum agitur de quadam conditione voluntaria, quæ quidem juxta regulas juris in forma specifica debet ad impleri, & non sufficit quod per æquipollens, ex his, quæ *Portugal de donat. reg. lib. 1. prælud. 2. §. 2. n. 59. cum seqq. Mant. de tacit. n. 14. tit. 43. n. 6. Cassanat. conf. 4. n. 46. cum seqq.* ac ita cum conditio in forma specifica non reperiatur impleta merito corruere debet relictum, ex quibus junctis aliis crudite congestis à præcedenti amantissimo Domino Inferioris aulae sententiam revocarem. Ulyssipone 22. Decembris 1688.


Albuquerque.

- 16 Tria sunt inanima, quæ inter se conjunguntur, intellectus scilicet ratio, & voluntas *Mantic. de conjectur. ultim. vol. lib. 1. tit. 3. n. 1.* intellectus illuminat, ratio determinat, voluntas autem acceptat, sive consentit *Bald. in conf. de schismate §. sed in contrarium n. 8.* Omnia verificantur in dispositione Doctoris Joannis de Guimaraens; verificatur intellectus in modo, & forma disponendi, animum, & mentem adhibendo ad utilitatem, & convenientiam prædilectæ uxoris: verificatur ratio, quia nulla maior potest considerari, quam uxorem relinquere in societate sororum sive in sæculo, sive in monasterio: verificatur de nique voluntas, toties in ultimo elogio repetita, quæ ad unguem debet observari, ut caput, & regina dispositionum, quæ conditiones appositas per testatores regit, quasi ea præcipue sit attendenda *L. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstr. L. hæredes mei 57. §. & ita ff. ad Trebel. L. pater severinam 102. ff. condit. & demonstr.* Voluntas namque affectio animi est applicata & deliberata ad illud, quod placet *Bald.*

in L. potuit q. 7. & in L. quidam col. 5. cod. de jur. de lib. Simon de Præc. de interpret. ult. vol. lib. 2. fol. 2. n. 1.

Legatum, de quo agitur esse conditionale non dubitant gravissimi Patres, nec, etiam ego dubito ex rationibus ab illis diligenter examinatis, & ex repetitis testatoris verbis; & cum conditiones debeant in forma specifica adimpleri juxta axioma juris per textum in *L. Mævius 54. ff. cond. & demonstr.* & qui non servat conditiones institutionum illarum emolumento privetur *L. si quis §. prætor ait vers. nisi aliquid ff. de relig. & sumpt. fun. Auth. hoc amplius cod. de fidejuss.* etenim testatoris odiosus efficitur, qui spernit ejus præceptum honestum *Alex. conf. 130. col. ult. vol. 1. Paul. de Castr. conf. 197. in fin. vol. 1. Roland. à Valle conf. 70. n. 70. vol. 3.* nihil magis addendum restat, nisi placitis proximorum Dominorum ad hæerere. Ulyssipone 30. Decembr. de 688.

Magalhaens.



C A P. XXXV.

De exclusionē successoris maioratus, & inclusionē consanguinei, aut filij, ex dissipationis maioratus causa, & quis succedat; & quomodo excludi, vel includi debeat, futurus aut immediatus maioratus successor, & quando privandus veniat, possessor, & excludendus ex juris dispositione, vel ex contraventione præcepti Institutoris; & ad quem fructus in hoc casu pertineant?

SUM-

SUMMARIUM.

Pater si male, & fraudulentè dissipaverit bona ad ventitia, & fideicommissum, tenetur restituere. num. 1. & 2.

Cautio inter patrem, & filium admittitur n. 3. Contrarium. n. 4.

Modica dissipatio ad privationem administrationis non sufficit n. 5.

Administratio bonorum ad maioratum attinentium, interdici non potest sine solemnè decreto. n. 6.

Pater, qui tam quam legitimus administrator, habet usumfructum in bonis adventiis filij, vel possidet fideicommissum, aut maioratum, ad quem post ejus mortem filius vocatur aut etiam transversales, aut alius consanguineus ultimi possessoris, si male & fraudulentè, vel dolose, dissipaverit bona adventitia, vel fideicommissi aut maioratus in evidentem successoris jacturam, privatur ex dispositione legis aut institutoris administratione bonorum, & ipsa restituere tenetur ante mortem, & adventum conditionis, filio suo, vel successoris in maioratu, ut est text. expressus in *L. Imperator 50. ff. ad Trebel. & per hæc verba ex Pinel. Roderic. Fusar. Surd. Peregr. Barb. Costa Paciari Mier. Azeved. Ascan. Burs. Cassan. Castr. Molin. Castil. Gut. Molin. resolvit Saſgad. in labyrinth. Cred. p. 4. cap. 15. n. 1. ubi n. 2. asserit procedere etiam si, possessor offerat cautionem, & fidejussionem, de bene administrandis bonis maioratus aut fideicommissi ex *Pascal Escobar Boer. Geurb. ad stat. Senat. Messan. p. 1. cap. 7. num. 17. n. 4. & gloss. 3. n. 33. & idem Saſgad. n. 3. & seqq.* agit an facta restitutione bonorum maioratus ob dissipationem teneatur successor ex fructibus bonorum satisfacere creditoribus, qui*

Pars III.

fructus habebant hypothecæ subiectos, & num. 3. & seqq. resolvit negative; & quod fructus pertinent libere ad successorem & ibi multos refert, & ad contraria respondet, & ita resolvit, & resolutum fuit in causa sequenti, ubi ex illis reservata fuerunt alimenta antecessori, ea forma de qua in casu sequenti viso post hæc scripta.

No Feito de Dona Isidora Maria Marreyros, contra Gaspar Marreyros, Escrivaõ Antonio de Aguiar Villalobos, se deu a sentença seguinte.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz do Civel em absolver o R. do pedido pela A. sua filha, e de mandar naõ seja privado da administraçaõ dos bens do morgado de que se trata, revogando sua sentença, vistos os autos, e como delles se mostre ser o Reo seu pay incapaz de governar seus bens, e ser dissipador, e prodigo de sua fazenda. O julgaõ por tal, e o privaõ da admenistraçaõ do morgado; e mandaõ succeda nella o immediato successor com obrigaçaõ de o alimentar dos rendimentos delle pelo modo mais possivel, e honesto que poder ser, e condemnaõ ao R. nas custas dos autos. Lisboa 30. de Agosto 680.

Andrade Rua. Menteyro. Lopes. Oliveyra.

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Secundum dispositionem *text. celeberrimi in L. Imperator 50. ff. ad Trebel.* pater filio existenti in potestate cogitur fideicommissum restituere etiam ante diem cedentem, si bona ejusdem fideicommissi dissipare deprehendatur, cuius textus dispositionem ad maioratus possessorem ejus bona delapidantem communiter extendunt omnes Hispani

authores & alij quos in discursu referre oportet, cum de quæstionibus agamus, quarum resolutiones huic negotio precise sunt accomodandæ, quamvis advocati eas de more solito prætermisissent, ne dicam ignorassent.

In primis autem dispicere necesse est, num ejusdem textus dispositio sit jure noviori correctæ, sunt enim qui affirmant ex eo quia in eo fundatur, quia cum inter patrem & filium cautio de conservando fideicomisso interponi non possit, ut ait textus ipse ibi: *Nam quia cautiones interponi non poterant conservata patria potestate*; hodie autem cautiones inter patrem & filium admittantur *L. jubemus §. in suprædictis secundum communem intellectum Cod. ad Trebel. auth. unde si parens ubi communiter scribentes Cod. de in officios. testam.* videtur dicendum quod post hac sufficiat cautio, quo tamen argumento non obstante communis sententia est in contrarium, ut optime probat *Molin. de primog. lib. 1. cap. 16. ex n. 2. ad 12.* qui eleganter satisfacit argumento quod ex supra positis legis verbis deducitur quem sequitur *Castilb. de alim. cap. 43. ex n. 36.* ubi alios congerit quæ sane opinio in hoc casu necessario sequenda videtur quoniam ex actis notum videtur Reum inopem & perditissimum hominem cautionem præstare non posse.

Secundum dispiciendum est, utrum ex dissipatione bonorum maioratus possessor non solum administratione, sed etiam fructibus & redditibus maioratus sit privandus, & quidem non obstante contraria sententia secure tenendum est penitus privandum & administratione & fructibus, dummodo ei alimenta reserventur, seu aperte probat text. *qui Cavillan non potest in*

d. L. Imperator, & probat egregie Molin. d. cap. 16. n. 26. & 27. ubi optime Baldum Carpit contrarium immerito tenentem; quidquid controversum sit circa ulum fructum quem pater habet in bonis adventitiis filij apud *Geurb. ad consuetud. Messan. cap. 7. gloss. 9. n. 15. & 16.*

Titio dispicere oportet an hæc conclusio procedat non solum si dissipatio dolo possessoris, sed etiam si culpa tantum aut negligentia obveniat, quæ disquisitio ad hujus jurgij decitionem magnopere juvat, quippe aperte constat Reum quidem non dolum aut fraudulentum, sed pigrum ac desidem gerere administratorem, & licet non solam sufficere culpam se opus esse dolo videatur innuere text. ipse in *d. L. Imperator. in illis verbis ibi multa infraudem fideicomissi fieri probarentur, & iterum ibi ideo damnum conditionis propter fraudem inflixit.* attamen communis sententia in contrariam partem tendit, quin obstare videantur supra posita textus verba, quoniam intelligenda sunt non solum defraude, quæ ex machinatione dolosa procedat sed etiam defraude quæ re ipsa exculpabili, & mala administratione proveniat, seu cum multis ostendit *Molin. d. cap. 16. n. 12. & 13.* ubi ait quod hoc est verissimum, & sequuntur addentes ibi: *Mier. de maior. p. 4. q. 34. n. 16. Geurb. ad consuetud. Messan. cap. 7. gloss. 9. n. 21. Castilb. de alim. cap. 43. n. 31.*

Quarto dispiciamus num in nostro casu talis præbetur dissipatio, ut sufficiat ad privationem administrationis, supponendum quippe est, quod quæ libet modica dissipatio non sufficit, sed opus est notabilem, & magnam esse & quidem non in fructibus, sed in ipsa rerum maioratus proprietate, ut bene tradunt *Castilb.*

Caſtilb. d. cap. 43. ex n. 34. ubi late Molin. d. cap. 16. ex n. 18. ad 25. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. d. gloſſ. 9. n. 20. cum autem certa regula tradi non poſſit id circo prudentis iudicis arbitrio hoc committunt præfati, & omnes alij authores, qui tamen declarant neceſſe eſſe quod pater plura diſſipaverit, ſeu unum adeo magnum, quod pluribus æquivalcat, melius autem declarat *Caſtilb.* illud tantum eſſe inſpiciendum an ipſa rerum ſubſtantia maioratus poſſeſſor ita utatur, ut earum extinctio vel notabilis deterioratio prudenter timeatur, magno que periculo maioratus ſubjiciatur.

Mihi autem ex facti probationibus ſufficienter videtur deſumi non ſolum notabilem diſſipationem, ſed præſertim juſtiſſimum maioris damni timorem, ommiſſis enim quæ pertinent ad fructum & reddituum maioratus profuſionem Reus qui ex iis non mediocriter tantum ſe alere poſſet, bona autem ipſa in ſuo ſtatu modicis ſuo tempore adhibitis impenſis conſervare, taliter tamen ſe habuit, ut in ſummam paupertatem inciderit, adeo ut domes quædam maioratus ita ruere, & in deteriorationem pervenire permiſſet, quod ſub modica penſione eas in emphyteuſim concedere coactus ſit adhibita ſupremi Principis facultate, quo eam conceſſit ex quadam veluti neceſſitate, ne penitus corruerent ex quo Reus eas nequaquam reparare, & reficere poterat, ſeu patet ex principali reſcripto fol. 65.

Patet etiam domos alias ex defectu impenſarum ruinam minari, adeo ut inquilini eas deſerere cogantur propter juſtum ejuſdem rei timorem, ipſum tamen Reum penitus incapacem eſſe eas reparandi, & reedificandi cum ob maximam inopiam, tum etiam ob ejus naturalem

in rei ſuæ adminiſtratione deſidiam, qua ſtante non immerito dubitari poteſt an non ſolum eadem adminiſtratione privandus, ſed etiam curator ei dari opperteret.

Declarandum tamen omnino cenſeo ei ex maioratus ipſius redditibus alimenta neceſſaria eſſe ſubminiſtranda, ut *text. in d. L. Imperator decidit*, & tradunt omnes ſuperius laudati præcipue *Caſtilb. d. cap. 43. n. 38.* atque ita ſententiam iudicis revocandam cenſeo. Ulyſſipone 10, Auguſti 1680.

Lopes de Oliveyra.

Non ex doctrina *text. in L. Imperator ff. ad Trebell.* Reum cum ſupradictis Patribus integerrimis, & doctiſſimis Reum ab adminiſtratione maioratus deſtituerem, cum ex actis non liquet eum dilapidatione dolosa Actricem, ſeu bona maioratus deterioraſſe, & in his terminis intelligendus eſt *Molin. lib. 1. cap. 16. n. 12. quem refert. Gabriel Pereir. dec. 44. n. 15.*

Et quamvis Reus, ut maioratus ſucceſſor teneretur ſervare omnes conditiones poſſibiles, mixtas, aut poſitivas ſive maioratus ſit inſtitutus inter vivos, ſive in ultima voluntate aliàs à maioratus ſucceſſione privatur *L. Mævius L. qui hæredi, & per totum ff. de condit. & demonſtrat. L. 1. & per tot. tit. ff. de condit. inſtit. & tanquam indubitatum tradit Molin. lib. 2. cap. 12. n. 34. & cap. 14. n. 16. & ſi non adimpleat, tranſiat maioratus ad proximiorum (ut per eundem) Molin. d. cap. 12. n. 18. & 32. qui n. 20. quod ipſo jure privaretur.*

Tamen Rei defectus in non ſervandis conditionibus maioratus impoſitis procedit a ſua prodigalitate, ob quam juridice deliberavere ſupradicti Domini, quod adminiſtratio bonorum ad maioratum attinentium


nentium ei interdicator, quæ ſine ſolemni decreto interdici non poterat, ut dicunt *Aretin. Jaf. & Ripa in L. is cui bonis n. 36. ff. de verb. & late noſter Cald. Luſitanus ad L. ſi curatorem verbo cum non abſimilis n. 5. Cod. de reſtit. in integr.*

Unde de hinc Reus adminiſtrationis honore privaretur, tanquam prodigus & bonis maioratus male utens, & ſuccedat in illius adminiſtratione immediatus ſucceſſor cum obligatione eum alimentandi. *Ulyſipone 28. Auguſti die 680.*

Andrade Rua.

Cum duobus ſapiententiſſimis, Prætoribus convenit Monteiro ſecundo in loco deliberans, in eodem met ſuffragando.

Et de apertura, ſeu reſtitutione maioratus aut fideicommiſſi etiam ante tempus & purificatam conditionem, ob alienationes & diſſipationes, & quid in præjudicium creditorum, & alimentorum, agit *Luca theatr. verit. & juſt. tom. 10. de fideicommiſſ. ad diſcuſſ. 170. ad multa & diſcuſſ. 171.*



C A P. XXXVI.

De excluſione, vel incluſione ſucceſſoris mayoratus, quando inſtitutor relinquit bonorum uſu fructum alicui, & poſt ejus mortem alium vocavit vinculo maioratus, & iſte vivo primo diem ultimum claudat extremum, an caducet diſpoſitio, & includatur incluſus hæres aut ſucceſſor, vel transmittatur ad hæredes, vel ſucceſ-

ſores, & gravatus remaneat cum bonis ſublato gravamine maioratus; vel apud uſu fructuarium debeant bona cum vinculo maioratus remanere; & iſte dicatur incluſus in ſucceſſione, vel ab ea judicetur excluſus?

S U M M A R I U M.

Actor tenetur probare, intentionis ſuæ, fundamentum. n. 2.

Fidei comiſſum, non tranſmittitur ad hæredes, ſi vivente hærede, fidei comiſſarius decedat. n. 3.

Ut jus ſeæ tranſmiſſum, prius requiritur, quod ſit delatum. n. 4.

Delatio enim, vivente hærede, fieri non poteſt. n. 5.

Suitas, & utilis patriæ potèſtatis effectus, per ingreſſum religionis, non amittuntur. n. 6.

Hæres non eſt, qui hæreditatem adire non poteſt. n. 8.

Verbum relinquo adjunctum univerſitati bonorum inſtitutionem inducit. n. 9.

Filius accipiens, ad quod ſibi, præter legitimam pater relinquit, gravamini conſentit. n. 10.

Non ſufficit tacitum, ſed expreſſum requiritur. n. 11.

Manachus quidquid acquirit, non ſibi ſed monaſterio. n. 12.

Fidei comiſſa non directis, & civilibus, verbis ſed præceriis relinquantur. n. 13.

Inſtitutus in uſu fructu dato ſubſtituto, vel cohærede, loco legatarii habetur. n. 14.

Licet quando teſtator inſtituit aliquem hæredem in uſu fructu omnium bonorum cum vinculo maioratus

